

Corradus 'marchio Montisferrati. Nam eadem (eodem), ut dicitur, die, qua (quo) nostri in bello predicto (pr. b.) corruerunt, ipse de Constantinopoli veniens illuc cum (*deest*) navigio devenit. Hic cum (? autem) civibus promisit quod defenderet civitatem, si eam post eius liberationem sibi concederent possidendam. Cives autem libenti animo et grato (l. et g. an.) eius annuerunt petitioni. Nam et ipsi desperati quasi (q. d.) nullo modo posse resistere fortitudini Saladini credebant, qui universam iam occupaverat undique regionem. Ipse autem ex parte terre Saladino viriliter resistens, ex parte maris galeas eius igne succendit; unde Saladinus turbatus et iratus valde (v. et ir.) soluta obsidione (statim) recessit. Ipse enim absque expensis magnis et dampnis et sine aliqua sanguinis effusione credebat eos angustiare et ad redditionem (deditionem) compellere. Et revera faciliter hoc fecisset, nisi Deus aliter providisset. Nam castra munitissima Saphet, Belveir, Torronum et Belfort, que in montibus (montanis) sita erant, ipse ad redditionem (dedit.) compulit, licet aliquo tempore, quamdiu victualia habuerunt, restitissent. Quomodo enim pauci et perterriti et impotentes homines tam potenti principi resisterent, qui non solum universam (*deest*) terram Egypti, sed fere universam (un. f.) Syriam proprie subiecerat dictioni, que a Tygride (Tygri) fluvio habens initium usque in Egyptum protenditur et a Cilicia usque ad marum rubrum?

Marino Sanuto II dagegen erzählt (Bongars S. 192, lib. III, pars IX, cap. VI) Folgendes:

Saladinus ante Ierusalem sua figit tentoria
 Capta est Ierusalem a Turchis, postquam annis 88 fuerat sub dominio Latinorum . . . Post hec multis redemptis iuxta condictum usque ad securitatis loca conductus tutus exhibitus est. Interim vero Ierosolymitanorum militum qui in praelio fuerant, redemptae coniuges atque filiae civitatem Ierusalem exeuntes ad Saladini usque praesentiam accedentes ediderunt lugubrem eiulatum: inquisita causa respondent, suos se amisisse viros. sibi quoque possessiones sublata; petebant proinde ad aliquid misericorditer restaurari. Ille pietate commotus eis qui superessent captivos reddi puellisque de thesauris suis ampla munera dari iussit secundum quod cuiusque conditio exigebat; easque iuxta principatus sui magnificentiam blande consolatus est. At postquam Tripolim pervenerunt, evadentes Saracenorum pericula, in manus christianorum magis crudelium inciderunt. Comes enim Tripolitanus cum satellitibus suis, filiis Belial, cum debuissent confratribus suis exulibus compati, quicquid illis infideles dimiserant, abstulerunt, solo nomine christiani. Accidit autem propter huius crudelitatis excessum, ut cum mulier quaedam parvulum suum gestaret in humeris, et sacri-legi illi auferrent, quae pro se et filio nutriendo reliquerant